Università per Stranieri di Perugia

BIBLIOTECA PALAZZO GALLENGA

PROGETTO DI CONSERVAZIONE E VALORIZZAZIONE DEI TESTI ANTICHI DEL FONDO GALLENGA STUART

info:
Paola Attanasio
Biblioteca Palazzo Gallenga
Piazza Fortebraccio, 4
06123 Perugia
paola.attanasio@unistrapg.it
tel. 075.5746704

Maius, Junianus

De priscorum proprietate verborum

Pubblicazione: [Venezia], Ioannes Vercellensis, 1490 die xxiii Februarii
Rara edizione veneziana del dizionario del Giuniano
Descrizione fisica: [348] c. non numerate ; fol.
Note: Riferimenti: ISTC im00100000; IGI 6041;
BMC V 416; GW M20103
Titolo dalla dedica a c. a1v. : Iuniani Maii equitis parthenopei et oratoris clarissimi ad invictissimum Ferdinandum Regem Italiae in librum de priscorum proprietate verborum prologus feliciter incipit.
Il nome del tipografo è tratto dall'epistola prefatoria a c. a1v.
Assegnato a Moravus de Hain
La data di stampa figura sul colophon a c. S5v.
Testo su due colonne ; rom.
Spazi per capilettera
Segn.: a-z8 &8 [cum]8 [rum]8 A-Q8 R-S6
Legatura in mezza pelle, piccole macchioline ai margini
All'inizio frammento cartaceo del XIII sec. di argomento giuridico. In fondo frammento di pergamena dell'XI sec. sulla vita di S. Andrea.
Note ms. a c. a1r. e ai margini delle prime c.

Di seguito alcune immagini significative del testo

JUNIANI MAII
DE ANTIG· VERBOR.

NEAPOLI
1490

Probus
Acron et Porphyrius,
Donatus,
Servius,
Carisius.
Turnebus.

Varro,
Nonius,
Gellius,
Plautus

aut nisi q. tanus langor. sic dictum n. q. uoce prima ubi
sic neqat. a quo sic denciato ... q. res e approp. h. rei que
notat. in h. noie languens (langor eget medico. h. ponit
... denotationis ... mutatur in abstractu
s. languens in langor. ponere. h. recapitulat q. dicit ... Quod
dat formido. h. exequit de ... methonimie. qui ca ponit p effectu.
vel h. e ... modus vel ... denotationis. qui ca. p. effectu
... agit aut de tae spe. h. m. p ostendit q. ... formido
... agit ... reduc. ad ... ut p h. ... quando
... ore ... approp. ... ipa ... Resumunt
... q. ... formido ... h. faciunt eos ... sic
... pallent. h. sic resoluit. i. pallida sit. q. pallor facit
... quod agit. a ... q. sit efficit id q. facit. suppta
turget. h. efficit ... sue cause. Quia os effecti
a. qui id quod proprium e effects dico in cam cause. (Plora capi-
tis. h. exequit aut ... modo methonomie. qui instrum ponit
p utente. (Sic instrumento. h. ponit instrum p utente. gram-
matica ... suppositus. Quod ... e ... abstracte.
i. aspectu denotationis. s. mutare ... in abstractu. languens
in langor. a ponere ... pallere ... instrum
p utente. vt nouacula renouat ... (tale
modo loquendi ... aut. dicens. q. p ... modum pollut
... ornatu. ... uitae ... uias
i. communes. (Iuuenis ... h. agit de metonomia. q.
... alibi patebit Sec-
... loco ponit ... modus denotationis. s. qui ponit ...
(Ne q. gemma. i. h. n. potuit assignari gemma. q. unum albi
... clausula. h. modus inducit. h. d. ... modus
... s. ... cu ... cum ... nec
... (Res ... In h. loco. tangit v. modus
methonomie. qui continens ponit p contento (vel h. ponit
quintum modum denotationis. s. qui continens ponit p contento.
... sic ... s. i noie ... adiecto ... (ubi gra-
... ut ... ut mobile. i. denotationis quintus modus h. e. h.
q. continens ponit p contento. p ... s. i noie ... adiecto.
... sic ... potuit anglia. i. homines de anglia. a
ponit h. ... noie. Terrentur ... h. ponit continens p
contento. Mobile ... sic appone fora clamosa. i. homines exi-
stentes in foro. h. ponit ... continens ponit
p contento. In morbis medica sanat ... salernum. h. ponit
... continens ponit p contento. s. salernum p habitatoribus
in eius ... legibus ... (Cum yperbolice
h. ... color ... s. superlatio (i. e. superlatio
transgressio ueritatis. ut ... arbor ascendit in celum (h. e.
... filia ... agit de superlatione q. id e quod yperbole
s. excessio ueritatis. ut ... e candidior (a sic augen-
... (... superlatio ... s. ...
... arbor. q. e yperbole ... alibi. ...

F. G. S.
Invent. N. 10349

I. IVNIANI MAII EQ VITIS PARTHENOPEI ET ORATORIS CLARISSIMI AD INVICTISSIMVM FERDINANDVM REGEM ITALIAE IN LIBRVM DE PRISCORVM PROPRIETATE VERBORVM PROLOGVS FELICITER INCIPIT.

Plura ſunt ſapientiſſime rex quæ me hortantur ſiquidem eſt ꝙ litterarum ingenio elaborare aut ſtudio efficere poſſim: ut aliquod litterarū emolumentum noſtris iuuenibus conferamus. Cum noſtra hæc ætas quæ priſcorum eloquentia iampridem æmulari contendit ſuo non defraudata incepto uix priſtinæ gloriæ ceſſura uideatur: Quin latina ſtudia quæ olim longa intermiſſione abſoleta & uelut muta propter barbarorū colluuionē interierint & noſtrorū ſecordia conſenuerint. Nunc demum uiri ſingulari ingenio præditi: omniq; armati eloquio tanq̃ in ſubſidio locati accurrunt & in priſtinū dignitatis gradum uēdicāt: ut quæ olim noſtra obmutuerint ſæcula nunc tandem in priſtinā reſtituti facundiam eloquantur. Accedit ad hæc: ꝙ germani ſolerti ac incredibili quodā inuēto nuper nouā quandam elemētorum characteres imprimēdi rationem inuenerunt: ut quantū uix annum bini exſcripſerit librarii unus una die īpreſſor cōfecerit precipue Ioannes uercellenſis uir ingenio & elegantia in hoc genere impreſſionis effloruit: Qui quidē tantum librorum omnis generis ꝓuentum attulit: ut magnā adepti opportunitatem uideantur: qui litterarum ſtudio ad gloriā cōpādā enitunť. Quapropter ſatis cōmodū uiſum eſt quæ priſci recenteſq; grammatici de ui uocabulorum tanq̃ ꝑ diuulſa mēbra conſcripſere: ne incōpoſitos & uelut cōgerie quadam cōgeſtos iacere ac ſordeſcere pateremur in unū corpus redigere: ut aliquos nō paruo meo labore neque mediocri ſtudio integros inſerendos: aliquoſne nimiū opus increſceret in compendium redactos adiunxerint: præcipue Laurentiū uallam: Torteliumq;: qui multa & ea quidem erudita in commune protulerunt. Quippe quorum non tam fuerat (ut ſic dixerim) caſtiganda luxuria: q̃ cōmendanda parſimonia. Nam horum curioſam cenſuram cumulumq; exemplorum: quorum numeroſa potius lectorem detereret ambitio: q̃ alliciat accōmodata copia: quoad potui in breuiorē uſum coercui: præterea quæ Seruius honoratus quæ Dōatus ī Virgiliū ac Terentium cōmentati ſunt: quæq; Porphyrion: Acron in Horatium: quæ Aſconius pedianus: Priſcianus: Macrobius: Aulus gellius breuiores tantum q̃ ſuis congreſſionibus diſputarunt. Quæ autē Varro: Feſtus Pom. Nonius Mar. ac iuriconſulti: quæ Iouianus pontanus de aſpiratiōe. Straboniq; & ex aliis pluribus claris autoribus nonnulla digeſſi. Quo quidē cōpendio noſtri ſtudioſi iuuenes: qui ad hoc abſoluendū tam cupide inflammarunt q̃ ſibi hoc profuturū arbitrati. Cæteri quoq; non ingratum munus fore putauerunt uæhementer gaudebunt: Antonelli quoq; petrutii clariſſimi honeſtiſſimiq; uiri hortatu ad hoc ipſum me cōtuli quem litterarum erudita peritia non minus reddidit præſtantē q̃ incredibiliſq; prudentiæ magnum effecit & illuſtrem. Cuius iudicium & hortatio quæ ab aſſentationis ſuſpitiōe tā longiſſime abeſt q̃ ab aſſentandi cauſa: uirtus animiq; ſuo ſatis robore firma eſt: felicioriſq; fortunæ conditio quæ ſatis ampla magnificaq; nitet: & ignauos ad gloriæ ſtudiū excitare: & ſtudioſos ad laudis comparationē firmare poteſt. Hoc igitur opus tuæ felicitati propter incredibilem ſapientiā & litterarum ſtudia quæ īprimis & foues & contines dedicandum putaui. Quod ab hilari uultu accipies quē indicem animi tui rebus iam tranquila pace firmatis non abhorrentis præte ferre ſoles. Lege feliciter.

COMPOSITA PLAE

A

runq; ſeparationē ſignificat: ut amoueo auello. Neq; pro particula priuatiua græca accipitur: quæ latinis uocabulis cōnecti non poteſt: græca enim cum latinis cōpoſitiōem renuūt: imo teſtimonio Quintiliani admittunt: ut bicliniumquo etiam Plautus utitur. Amens ergo non dicitur ſine mente: ſed qui a mente ſua diſceſſerit: teſte Varrone: licet Feſtus diſſentiat: poterit tamen dictio græca uideri. Priſcianus.

A & ex differunt: a theatro enim uenit qui a loco qui iuxta theatrum eſt uenit: e theatro uero uenit qui in ipſo theatro fuit: his contraria ſunt ad & in. Seruius in arte.

A quoq; præpoſitio: & īteriectio & nomē elementi eſt. præpoſitio: ut a ſummo ad imum Interiectio: ut in buco. Ah ſilice in nuda cōnixa reliquit: ſed tum aſpiratur Priſciani teſtimonio: & nomen ipſius litteræ.

A pro con. Vir. in buco. Coniugis ut magicis ſanos auertere ſenſus Experiar. pro conuertere. Seruius in arte.

A pro de. Te. in adel. A uilla mercēnarium uidi. pro de uilla. an deeſt ueniſſe: ut ſit a uilla ueniſſe: ſcilicet mercennarium Dona.

Abs pro ex. Te. in ecy. Abs ſe ſuam uoluptatē ut expleat. Dona.

Abs proferť hoc modo: ut abſtine abſte. Ser.

Abs præpoſitio a græco ἀπὸ deducitur: ſignificat autem retractionem in partem poſteriorem. Feſtus.

Ab andria ē ancilla hæc: pro andriæ: nam ſic uſu dicere ſolemus. Dona.

Aalac mons eſt: cuius nomen alii diuidentē montem interpretantur: alii uero læuem: id eſt limpidum ſeu lubricum: & in Syria conſtitutus eminet.

Ab cum duabus liquidis: & cum i quando fit conſonans adiungi ſolet: ut ab lege: ab litteris: ab rege: ab re: ab Ioue. abs uero cum t: ut abſte. Interdum cum q: ut Terē. Abs quiuis homine beneficiū accipere gratum eſt. Lau.

Abacus menſa ſuper qua potoria uaſa locantur: & uidetur quadratus. Inde etiā decuplationum tabella: inde abaculus.

Abacus eſt menſa in qua geometræ deſignant loca uel menſuras.

Abacus menſam ſignificat in qua pocula potoria diſponebantur non capiebat autem ſupra ſex: quod eſt inſtitutum cum Pompeius ſex pocula mirrina triumpho attuliſſet numerum certum uaſorum in abaco deſignat Plinius cum ait Pompeium attuliſſe uaſa d auro & gemmis nouem abacorum idem autem de ſex poculis.

Abacia quære in dictione caliſtus.

Aba quære in dictione caliſtus.

Abacti magiſtratus dicebantur qui coacti deponebant imperium. Feſtus.

Abactores pecuariorum animalium fures: latrunculiue: hos quidam abigeos uocant. Vlpianus.

Abigei proprie hi habentur qui pecora de paſcuis uel ex armentis ſubtrahunt: cæterum ſiquis ouem oberrantem: uel equos in ſolitudine relictos abduxerit: non eſt abigeus: ſed fur potius. Claudius uero īquit qui unā ſuem ſurripuerit ut fur coercebitur: qui gregem ut abigeus. Marc. neq; loci neq; quantitatis diſcrimen facit: ait enim. Abigeatus crimen duplicis iudicii non eſt: quia furtum magis eſt.

Abalienatus diciť quem quis a ſe remouerit. Feſtus Pompeius.

Abambulantes diſcedentes. Feſtus.

Abantes populi Ionum inter achiuos. Herodotus: & iuxta pontum: ut orpheus in argonauticis: & in euboia: ut Ariſtar.

Abana fluuius eſt damaſci: in radicibus libani mōtis exortus: in Syriacū effunditur mare.

Abarim mons eſt excelſus: diuidens terram amon & euphratis a terra promiſſionis cōtra Hiericho: iordanem uſq; fluuium radicē ꝓtendens: oſtenditur quippe aſcendētibus de libya in heſbon: inſignis eſt aūt morte Moyſis inclyti atq; primi hebræorum ducis.

Abaſtones ſunt populi ſupra iacentanos ī Hiſpania ad ſeptentrionem. Stra.

Abatos breuis inſula inacceſſibilis ultra paludem: quæ uicina eſt ciuitati ſyenæ: ut īquit Seneca de ſitu & ſacris ægyptiorū: unde Lucanus. Hinc abatos quam noſtra uocant ueneranda uetuſtas. dicitur ab a ſine & βαδίζω accedo: quia inacceſſibilis eſt.

Abaton inſula in extremis ægypti: in palude memphitica: & ubi Nilus magno fragore deſcendit.

Abauus diciť qui abeſt ab auo: & eſt auus aui Feſtus Pompeius.

Abdatana ſyriæ ciuitas: ubi cambyſes mortuus eſt.

Abdera urbs in thracia a ſorore Diomedis ꝓpe xyrida ſtabulum Diomedis: & ē iuxta biſtonium ſtagnum patria Democriti.

Abderus puer: quem Diomedis equi comēderunt. Philoſtratus.

Abdicare eſt expellere a bonis filium dum uiuit: exhæredare uero poſt mortem: ſed abdicare eſt grauius: quod etiā in ſe exhæredatio

Phyrne nobili ſcorto a libidine moueri non potuit.
Xenia erant munera quæ in ſaturnalibus amicis mittebatur ab hiſdem q acceperāt remittebant̃ munera quæ apophoreta dicebātur qui ergo xenium mittebat apophoretum ex pectabat.
Xenodochium hoſpitale Δεχωμένον receptum ξένων hoſpitum.
Xenodorus ξένοσ peregrius & egregiū quaſi egregiū donū nomē ſtatuari. Pli. xxxiiii.
Xenophanes Colophonius decii uel Horchomenis filius. xx. annorū pulſus patria. & inza cla ſiciliæ atque cathina monitus eſt. fuit exul. lxv. annis alter fuit lyricus ex Leſbo.
Xenophon philoſophus & dux inſignis. grylli filius bene moratus: diſcipulus Socratis. Platonis æmulus ſecūdū Gellium. xviii. de quo Laertius. fuerunt hoc nomine ſeptem.
Xerolophus ſiccus tumulus uel aceruuſa xeos ſiccus lophos tumulus: quo uerbo utit̃. Pri. in xerolopho. Apollinis.
Xerolibya ſicca libya: quo uerbo utit̃. Ser. i. iiii.
Xerxes Darii regis pſarū ex Atoſſa filia Cyrii filius pr̄i ſucceſſit: qa maximū poſt hominū memoriā exercitū cōtra græciam cōparauit de quo Hero. ex maiori aſia collegit naues M. cc. vi. i ſingulis. cc. uiri. ſūma. xli. M. &. cc. hominum. nec pauciores ſed plures præter hos ex perſis medis & ſicæis. in unaquaqꝫ earum. xxx. Alii uiri reliquorum duces diſpoſiti erant. quoꝝ ſūma ad. xxxvi. M. &. c. &. lxxxx. aſcendebant ita omnes in nauibus. cc. lxxvii. &. ccc. lxxx. Ex mīori aſia tria. M. nauiū cū. cc. xl. M. hominū ſūma. xxviii. &. ccc. lxxx Ex peditibus mille millia &. cc. ex eqtibus. lxxx. In q̄drigis libycis & arabicis. xx. ex thracia & īſulis adiacētibus naues. cxx. cū. xxiiii. pedites Ex thracia. pægoma. herodia. bottiæa. calchidonia. brigia. pierta. macedonia pebia. ēniēia. dolopūqꝫ gener̃ & magnetū. & archæoꝝ. ccc. M. ſūma oīum bis mille millia de. xli. M. ccc. lxxx. pluſqꝫ totidē ad alia officia. & in nauibus onerariis in totū qnquies millemillia. &. cc. lxxxii. cclx. ſtruxit pontem ab abydo aſiæ ſextum europæ.
Xanthus & xanthos flumen eſt poſt paturam oppidum. mons gragus & quæ lyciam finit urbs telmiſos.
Xanthus lyciæ flu. de cuius nomine & urbs quondam dicta panthus.
Xyſtus eſt in uiridariis locus circunſectus floribus & uariis arbuſculis cōſitus quē pedanā uocitare cōſueuimus & xyſtus porticus in q̄ athletæ hiberno tempore exercerētur nam xyſtus ampla porticus dicitur ad hoc ipſum quam græci patomida dicunt nos etiam ambulationes in quas Vitruuius inquit pro hiemē exyſto uerreno cælo athletæ prodeuntes exercentur inde xiſtici a xyſtos ideſt haſta q̄ retiarii utebantur ſunt enim ſenici. Suet. lib. ſecūdo. nec tamē eo minus aut xyſticorum certationes aut gladiatoꝝ pugnas ſeueriſſime ſemper exegit.
Yleos dolor eſt inteſtinorū unde & ylia dicta ſunt græci yleos obuoluere dicunt pro eo ꝙ ſe inteſtina pro dolore inuoluunt hi & tormina ab īteſtinorū tormento ylidis occupat adriatici latus. Pom. mel.
Acynthus inſula parua in græ. mari propinqua œtoliæ cū urbe eiuſdem nominis. Zachatei zacynthiorum coloni in medio pyrenei mōtis fluuium polybius. Zacharias proprium.
Zamolſis Pythagoræ ſeruus cui. Getæ. ſacrificia pro Saturno fecerunt.
Zelotypus æmulator formæ & nō zelotypia ægritudo ꝙ adſit alteri qđ tibi. deſit.
Zeno cytienſis phūs ex cypro: de quo Laer. in porticu pyſinactia infami. M. cccc. xxx. ciuiū cæde docuit: a qua ſtoici fuerūt. viii. zenōes.
Zephyrus uentus occidētalis.
Zetis apud græcos q̄q̄ zethū multi ex noſtris dicant filius Boreæ ex Orthyia frater calais.
Zethus filius Iouis ex Antiopa fr̃ Amphiōis.
Zethus Amphiōis frater nam zetis caret aſpiratione.
Zeuma cōnexio: & eſt protozeugma: ut currimus nos & tu. Meſozeugma ut tu curris & ille: & ī ultimo. ut hic illius arma hic currus fuit hyſterozeugma.
Zeuexis pictor heracleotes maximus ſua ætate. Pli. xxxv. inſtituit donare opera ſua cū dicimus. Eſſet & ſatis digno precio te ꝑmutare non poſſe diceret. pinxit puerū ferentē uuas ad quas cū aues aduolarent. iratus operis dixit ſe melius pinxiſſe uuas q̄ puerum.
Zeuxo Oceani & Tethyos filia.
Zodiacus animalis circulus ſignorū in formā animalium figuratus. ut aries taurus.
Zona ab oriente diuiſa ad occaſum zonis qnque diſtinguit̃ mediam æſtus infeſtat: frigus ultimas reliquæ habitabiles medie agūt āni tēpora uerū nō pariter antichiones alteram nos alteram incolimus. Pom. m.
Zopyrus Megabizi filius cuius opera Darius Babylonem cœpit. Hero. quarto. Iuſtinus. i.
Zuthus Aeoli filius ex lepatera. Home. x. ody.

Iuniani Maii equitis neapolitani oratoris clariſſimi liber de priſcorū ꝓprietate uerboꝝ.
Finit
M.CCCC.LXXXX. Die. xxiii. Februarii.

Regiſtrum

a	prima alba	cōpoſita	calpem	ſed diſtat
b	natum quod	Adorare	hinc in	Aedificii
c	facienda	Albeſcon	Alcyone	Aliquis
d	Analogia	di ꝓptius	Animam	Antapodoſis
e	mero eſt	ſe agi de	Arcane	mouēdūqꝫ
f	Atrocem	cupiditas	tronius	Aulertii
g	libri ſunt	duis qbus	nia nūerata	Bragada
h	Calœnum	lior nec	& libro	pianum
i	ctis Ser.	huc exercet	iore. Ille	fœmi.
k	increpuere	Cydna	Cinctus	oraculum
l	runtur	bus	beraui	Cōmodare
m	Cōſtituere	Conſi	bitas quali	tibiam
n	ſuam qſqꝫ	auctoritate	dicit cum	Idem in
o	diuitiæ	tibi dicta	Dictatoris	Idem ad
p	numerus	ne diſpoſita	Vir. geor.	uel codicē
q	æra. Tortelius	rea ꝑmiſſi	Erinnyes	Eſſedarius
r	Erogatio	Exponere	tiſpiciū	quas
ſ	Fero ad	Cernis	dam inter	pecunia
t	perenne	biuias	Gallinaria	ridians
u	Glycerium	inter	Halicarnaſus	ſibus
x	Helice	hilaretur	nam græce	Hippocoon
y	nalia	fratres	ictu	Tul. in
z	Iniuges	uehemēter	Interpolare	ſileretur
&	Hoc igitur	& deus	profuſi	lianus
ɔ	C. Mario	Libanus	Lictor	que ligurire
ꝝ	Lucetia	iſſe macteas	in aqua	Mamurra
A	libro. i.	parentis	græce	diſtant
B	Miſere	ta eſt	Monachus	cum ꝑtes
C	Nauſica	diſſociat	Nepus	Nilus
D	Liui. in	etiam	Obſequela	retur
E	Optare	numero	peſiam	oſculum
F	alibi amiſſum	& urbes	Patibulum	Pauptinum
G	nulla parte	Perueſtigo	nius. xvi.	Phætuſia
H	Polybus	Populi	Poſſeſſio	cre. in
I	effuſione	cto ſic	Quique	Proſerpina
K	tus bacchis	cet a	Quum pro	Ratumena
L	chia cæſaris	ocioſa	primo	Rutilum
M	Saturnum	ut Luca.	Sebinus	in ādromeda
N	Sidus a	tes. Vnde	Syntheſis	Si qua
O	& quid	Subcētuṛiare	dit indutui	ſupuacuū
P	amicitia	Telum	Quæ gurgitis	ſecundo
Q	heaturam	paſſuum	Tollere	in cocleatū
R	defendo	Verberare	tis alis	
S	Vlyſſis	Vngulum	octauo	

ihu xpi· Hucusq: mitius tecū egi p censura fidei·
estimans ut tu rationis capax & defensor uerita
tis effectus idola cōtemneres uana & dm̄ qui in ce
lis ē· adorares· sed quia in impudentia tua pduras·
me putas minas tuas formidare posse· Quid qd
tibi uidetur in suppliciis maius excogita· Tanto
enī meo regi ero acceptior· quanto p eius nomē
fuero pmanens in tormentis confessor· Tunc
egeas iussit eū flagellis cedi extensū· Quiq: cū
septē terniones transisset· subleuatus ē· atq:
adductus ē· ante eū· Cui egeas d· Audi me an
dreas· & ab effusione tui sanguinis cōsiliū reuoca·
d si n̄ feceris crucis te faciā interfici patibulo·
Andreas R· Ego crucis xpi seruus sū· & crucis tro
pheū optare debeo potius quā timere· Tu aū
cruciatū eternū qui tibi debetur poteris euā
dere· si postquā pbaueris pseuerantiā meā· ut sic
credideris xpo· Ego enī de tuo interitu timeo·
n̄ de mea passione conturbor· Passio enī mea
aut unius diei spaciū occupat· aut duo· aut
forsitan tres· Tuus aū cruciatus nec p milia
annoꝝ potest puenire ad finē; unde iā sine
miserias tuas augmentare· & ignē tibi tu ipse
in eternū accendere· Tunc indignatus egeas
cruci eū affigi pcepit· mandans hoc questio
nariis· ut ligatis manib: & pedib: quasi in
eculeo tenderetur· ne clauis affixus cito

deficeret · ſed cruciaretur potiuſ longo cruciatu.
Cūq: eū carnificeſ ducerent · ᵭcurſuſ factuſ ē · pplo
clamantiū ac dicentiū · Iuſtuſ homo & amicuſ
dī quid fecit ut ducat̄ ad crucē · Andreaſ ū roga
bat pptm · ut n̄ impedirent paſſionē eiuſ · gau
denſ enī & exultanſ ibat · & a doctrina n̄ ceſſanſ ·
Cū ū peruiſſet ad locū ubi crux parata erat · ui
denſ eā a longe · exclamauit uoce magna di
cenſ · Salue crux quę in corpore xp̄i dedicata eſ
& ex membrox eiuſ margaritiſ ornata · Ante
quā te aſcenderet dn̄s timorē terrenū habu
iſti · modo ū amorē cęleſtē obtinenſ uoluntate
ſuſciperiſ · Scitur enī a credentib: quanta intra
te gaudia habeaſ · quanta munera pparata · Secu
ruſ enī & gaudenſ uenio ad te ita · ut & tu ex
ultanſ ſuſcipiaſ me diſcipulū eiuſ qui pepen
dit in te · quia amator tuuſ ſemp fui & deſi
deraui amplecti te · O bona crux quę decorē
& pulchritudinē de membriſ dn̄i ſuſcepiſti ·
diu deſiderata · ſollicite amata · ſine intermiſ
ſione queſita · accipe me ab hominib: & red
de me magiſtro meo · ut p te me recipiat
qui p te redemit me · Et hęc dicenſ ſpolia
uit ſe · & ueſtimenta ſua tradidit carnificib:
ui accedenteſ ligauer̄ eū in crucē · & exten
denteſ cū funib: totū corpuſ eiuſ ſic̄ eiſ iuſſū
fuerat ſuſpenderunt eū · Adſtanteſ ū turbę